

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Oratio bq  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Oratio bq:

Ideo non dicimus Pater meus sed noster,  
nec da michi sed da nobis, quia  
unitatis magister noluit priuatim precem  
fieri, ut scilicet quis pro se tantum precetur.

Vnum enim orare pro omnibus uoluit quando in uno  
omnes ipse portauit.

Cyprianus de oratione dominica.

Fons proximus:

**Ad primum** ergo dicendum quod,  
sicut Cyprianus dicit, in libro *de Orat. Dominica*,  
ideo non dicimus, «Pater meus», sed «noster»;  
nec, «Da mihi», sed, «Da nobis», quia  
unitatis magister noluit priuatim precem  
fieri, ut scilicet quis pro se tantum precetur.

Unum enim orare pro omnibus uoluit, quo modo in uno  
omnes ipse portauit.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda*  
*secundae*, 83.7 (P. Caramello ed., p.393).

Fons primus:

←  
Ante omnia pacis doctor atque  
unitatis magister singillatim noluit et priuatim precem  
fieri, ut quis cum precatur pro se tantum precetur.  
→  
Non dicimus: Pater meus, qui es in caelis nec:  
panem meum da mihi hodie,  
nec dimitti sibi tantum unusquisque debitum postulat aut  
ut in temptationem non inducatur atque a malo liberetur  
pro se solo rogat. Publica est nobis et communis oratio,  
et quando oramus, non pro uno sed pro populo toto  
rogamus, quia totus populus unum sumus. Deus pacis et  
concordiae magister qui docuit unitatem,  
sic orare unum pro omnibus uoluit, quomodo in uno  
omnes ipse portauit.

Cyprianus Carthaginiensis, *De dominica oratione*, 8  
(CCSL 3A, C. Moreschini ed., p.93, ll.101-111).